Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794

Quelle:
Copyright:

ſam circumſtantes incipiendo a ſuperiori qui (quae) *eſt alphabetum trinitatis dei et anime. Siquidem preſens ars meditacio virtutum vocatur.* &c. Minutiae, ne dicam Nugae myſticae.

II. *fol.* 5. p. 2. *Oratio Vienne habita A M. volfgango Camerino In die diui Colomanni Anno nono.* Id eſt 1509. Ad Senatum Civesque Academicos, ut videtur, et mos fuit; ait enim Orator: *Quotannis diui martiris Colomanni auſtriace nacionis patroni ſolertiſſimi Natalicium eccleſiaſticis quibusdam Ceremonijs veneramur.* Narrat vero breviter tormenta et necem ei illatam, ita ingreſſus: *Nulla me hercle gencium et nacionum eciam ethnicarum tanta eſt barbaries* &c. Oppidum *Stockerau*, ubi *Colomannus* paſſus fuit, Noſtro *Sauris* dicitur; apud *Lambecium* L. II. c. 1. p. 13. et *ſeq. Aſtura* numero multitudinis eſt. De *Colomanno* adi, ſi lubet, *Lambec.* cit. c. 8. p. 611. edit. *Kollar. col.* 803. et *Hier. Pezii Scriptt. Rer. Auſtr.* T. I. p. 94. Orationi ſubjunctum eſt Decaſtichon, quod init:

Tu Colomanne precor, Scoticis qui natus ab oris
Auſtriace genti numine primus bonos &c.

Wolfgangum Camerinum ignoro, niſi is ſit *Wolfgangus Moſnauer*, de quo mentio in *Hiſt. Typogr. Vien.* qui amore Praeceptoris ſui *Joh. Camertis* fortaſſis illud ἐπονομα ſibi adſcivit.

DCXXVI.

660 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 95. 4. charactere luculento exaratus Meditationes in Orationem Dominicam complectitur, quarum Prooemium ita incipit: *Vater vnſer. Adonay gewaltiger herr Got vater Ich pit dich mit auf gerackten henden vnd mit bewegtem hercen vnd mit betrubten augen durch deins ainborn Suns Jeſu Chriſti meins hern In der lieb des hayligen gaiſtes das du mir von der vor genanten leczen* (lectio) *deines kindes getichte* (compoſitio) *etwaz gebeſt ze ſprechen vnd ze ſchreiben* &c. Agit deinceps de triplici modo orandi *Pater noſter: an vernunft* (ſine intellectu) *mit vernunft* (cum intellectu) *in vernunft* (in intellectu), atque hoc ultimum Myſticis perfectis tribuit. Septem Petitiones hujus Orationis totidem *Cellis* comparat. Ei, qui has *Cellas* aſſiduo peragraverit, in fine promittitur: *So iſt dein wachen frey, dein ſchlaffen daz iſt raine, dein erwachen daz iſt fro, dein geſunthait vnuerdroſſen, dein ſiechtum willig, dein tod vnerſchrockhen vnd du haſt ain offene port kegen dem ewigen leben. Dabein geruch vns zu pringen Got der vater Got der ſun Got der vil hailige Gaiſt. Amen ſprechend alle.*

DCXXVII.